

Lucreti Testimonia Vitae

(da T. Lucreti Cari *De rerum natura libri sex*, quantum recensuit J. Martin, Leipzig 1969, XIII-XVI)

CICERO *ad Quintum fr.* 2,9(10),3 Lucreti poemata ut scribis ita sunt, multis luminibus ingeni, multae tamen artis. sed cum veneris. virum te putabo si Sallusti Empedoclea legeris; hominem non putabo.

AELIUS DONATUS in *Vita Vergili Bernensi* 6 (ed. J. Brummer 1912) initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XV[III] anno natali suo accepit isdem illis consulibus iterum duobus, quibus erat natus, evenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet.

XV Reiffersscheid, Brummer

HIERONYMUS *Chron.* a. Abr. 1923 = 94 a.C. (p. 149,20 ss. H.) Titus Lucretius poeta nascitur. Qui postea amatorio poculo in furorem versus, cum aliquot libros per intervalla insaniae conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno aetatis XLIV

GLOSSA MONACENSIS (ed. H. Usener, RhM 22, 1867, 442) Titus Lucretius poeta nascitur sub consulibus anni XXVII ante Vergilium

CORNELIUS NEPOS *Atticus* 12,4 idem L. Iulium Calidum, quem post Lucreti Catullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse aetatem uere uideor posse contendere, neque minus uirum bonum optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum propter magnas eius Africanas possessiones in proscriptorum numerum a P. Volumnio, praefecto fabrum Antonii, absentem relatum expediuit.

VITRUVIUS IX praef. 16s. itaque, qui litterarum iucunditatibus instinctas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti deorum, sic Ennii poetae simulacrum; Accii autem carminibus qui studiose delectantur, non modo uerborum virtutes sed etiam figuram eius videntur se cum habere praesentem. [17] item plures post nostram memoriam nascentes cum Lucretio uidebuntur velut coram de rerum natura disputare, de arte uero rhetorica cum Cicerone, multi posteriorum cum Varrone conferent sermonem de lingua latina.

OVIDIUS, *amor.* 1,15,23s.

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
exitio terras cum dabit una dies

OVIDIUS, *trist.* 2,423ss.

utque suo Martem cecinit grauis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis,
explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,
casurumque triplex uaticinatur opus,
sic sua lasciuo cantata est saepe Catullo
femina, cui falsum Lesbia nomen erat.

VELLEIUS 2,36,2 Consulatu Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo anno diuus Augustus ... quis enim ignorat diremptos gradibus aetatis floruisse hoc tempore Ciceronem ... auctoresque carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suscepti operis sui carmine minorem Catullum.

I poemi di Lucrezio – come scrivi – mostrano la luce di un grande talento, ma anche una grande tecnica letteraria. Ma ne parleremo quando verrai. Ti considererò un eroe, non solo un uomo se leggerai gli *Empedoclea* di Sallustio.

(inizio 2.54).

Trascorse a Cremona gli inizi della sua giovinezza, fino alla toga virile, che assunse a 17 [15?] anni, sotto quegli stessi consoli [Pompeo e Crasso] sotto i quali era nato – che rivestivano il consolato per la seconda volta: e nel medesimo giorno accadde che il poeta Lucrezio morì.

[15.10.53 (55 ?)]

Nasce il poeta Tito Lucrezio, che in seguito, impazzito per effetto di un filtro d'amore, dopo aver scritto negli intervalli di lucidità della follia alcuni libri, che poi Cicerone rivide per la pubblicazione, si uccise di propria mano all'età di 44 anni

Il poeta Tito Lucrezio nasce 27 anni prima di Virgilio.

Anche Lucio Giulio Calido, che – dopo la morte di Lucrezio e di Catullo – mi pare si possa affermare sia stato il poeta più elegante che veramente la nostra età abbia avuto, e non meno onesto che esperto delle arti migliori, dopo la proscrizione dei cavalieri, per i suoi grandi possedimenti in Africa, era stato incluso – in sua assenza – nell'elenco dei proscritti da Publio Volumnio, capo dei soldati del genio di Antonio, e Attico fece in modo che ne fosse cancellato.

E così quanti sono animati dal piacere della letteratura non possono non avere, consacrata nel loro cuore, una statua del poeta Ennio, come quelle degli dèi. Ai lettori appassionati della poesia di Accio sembra di avere davanti a sé, oltre alla forza della sua parola, anche la sua immagine. Così anche a tanti delle generazioni successive alle nostre sembrerà di discutere con Lucrezio, come se fosse davanti a loro, sulla natura, e con Cicerone sull'arte retorica, molti fra i nostri posteri terranno con Varrone una conversazione sulla lingua latina.

(tr. Romano)

I carmi del sublime Lucrezio periranno allora,
quando un giorno solo porterà alla distruzione delle terre.

Come il solenne Ennio ha cantato con la sua voce Marte,
Ennio straordinario d'ingegno, ma rude nell'arte;
come Lucrezio spiega le cause del fuoco divorante,
e predice che i tre elementi finiranno,
così spesso da Catullo licenzioso è cantata la sua donna,
con lo pseudonimo di Lesbia.

[t. o. = terra, cielo, mare]

Al consolato di Cicerone aggiunse non poco onore la nascita, proprio in quell'anno, del divino Augusto ... Chi infatti ignora che in questo periodo – distanziati gradualmente per età – fiorirono Cicerone e i poeti Varrone e Lucrezio e Catullo, non inferiore ad alcuno in alcun carme della sua celebrata opera.

SENECA *de tranquillitate animi* 2,14 Aliud ex alio iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur. Ut ait Lucretius (3,1068): hoc se quisque modo semper fugit.

Id. *epist.* 58,12 Tamquam homo genus est. Habet enim in se nationum species: Graecos, Romanos, Parthos; colorum: albos, nigros, flavos; habet singulos: Catonem, Ciceronem, Lucretium.

Vd. et. 58,1: Quanta verborum nobis paupertas, immo egestas sit, numquam magis quam hodierno die intellexi.

ib. 95,11; 106,8; 110,6 citantur versus Lucreti 1,54-57; 1,304; 2,55s.

QUINTILIANUS 1,4,4 tum neque citra musicen grammaticae potest esse perfecta ... nec ignara philosophiae, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima naturalium quaestionum subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclea in Graecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt.

Id. 10,1,87 nam Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiae faciant, elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis.

Id. 12,11,27 quin immo si hanc cogitationem homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo, qui optimus fuisset, arbitraretur, hi ipsi, qui sunt optimi, non fuissent, neque post Lucretium ac Macrum Vergilius nec post Crassum et Hortensium Cicero, sed nec illi, qui post eos fuerunt.

Id. 3,1,3 in ceteris enim admiscere temptavimus aliquid nitoris ... ut hoc ipso adliceremus magis iuventutem ad cognitionem eorum, quae necessaria studiis arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea, quorum ne ieiuna atque arida traditio averteret animos et aures praesertim tam delicatas raderet verebatur. qua ratione se Lucretius dicit praecepta philosophiae carmine esse complexum; namque hac, ut est notum, similitudine utitur:

ac veluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur, prius oras pocula circum
aspirant mellis dulci flavoque liquore (1,936-8 = 4,11-3).

Id. 8,6,44 citatur 1,926; 4,1.

PLINIUS *nat. hist.* 1 *index* [lib. X] ex auctoribus ... Fabio Pictore, T. Lucretio, Cornelio Celso, Horatio ...

(de coturnicibus, cf. 4,650 ss.)

STATIUS *silv.* 2,7,73ss.

haec primo iuvenis canes sub aevo,
ante annos Culicis Maroniani.
cedet Musa rudis ferocis Enni
et docti furor arduus Lucreti,

Cf. v. 3 docto pectora concitatus oestro

TACITUS *dial. de orat.* 23 sed vobis utique versantur ante oculos isti, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt.

PLINIUS *ep.* 4,18,1 accidit hoc primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia ac potius, ut Lucretius ait, "egestate patrii sermonis".

Si intraprende un viaggio dopo l'altro e si cambiano spettacoli con altri spettacoli. Come scrive Lucrezio, "in questo modo ciascuno fugge sempre se stesso"

Come ad esempio 'uomo' indica il genere. Comprende infatti in se le specie delle nazioni: Greci, Romani, Parti; dei colori: bianchi, neri, biondi; gli individui: Catone, Cicerone, Lucrezio.

Vd. anche 58,1: Che grande povertà di parole, anzi proprio mancanza, abbiamo; non me ne ero mai accorto più di oggi.

Né l'insegnamento della grammatica può essere completo senza la musica ... né all'oscuro della filosofia, sia per i numerosi passi quasi in tutte le opere che sono derivati da profonde sottigliezze di questioni scientifiche, sia per via di Empedocle, tra i Greci, Varrone e Lucrezio tra i Latini, che affidarono ai versi i precetti filosofici.

Infatti devono essere letti certo Emilio Macro e Lucrezio, ma non perché costituiscano materia di *phrasis*, cioè di stile. furono eleganti ciascuno nel suo campo, ma l'uno modesto, e l'altro difficile.

Anzi, se gli uomini avessero pensato che nessuno avrebbe potuto pensare di diventare migliore di quello che era il migliore, quelli stesso che sono i migliori non sarebbero stati tali. Né dopo Lucrezio e Macro ci sarebbe stato Virgilio, né dopo Crasso e Ortensio, Cicerone, e nemmeno coloro che vennero dopo di loro.

Infatti negli altri libri abbiamo tentato di mescolare un po' di eleganza ... per attirare maggiormente la gioventù, proprio con questa eleganza, alla conoscenza di quelle nozioni che consideravamo necessarie allo studio, se indotti da una lettura in qualche parte gradevole più volentieri apprendessero quelle nozioni dalle quali temevamo che un'esposizione scarna e arida allontanasse gli animi e graffiassero orecchietalmente delicate. E per questa ragione Lucrezio dice di aver rivestito di poesia i precetti della filosofia; e infatti, come è noto, si serve di questa similitudine:

e come i medici quando ai bambini l'amaro assenzio
tentano di dare, prima i contorni dei bicchieri infondono
del dolce e biondo liquore del miele.

(trad. Pennacini)

Questi fatti canterai all'inizio della giovinezza,
prima di quando Virgilio compose la *Culex*.
Cederà dinanzi a te la rozza Musa di Ennio epico
e la sublime ispirazione del dotto Lucrezio.

invasato nell'animo da una dotta ispirazione

(hend. Phalaec.)

Ma si presentano certo ai vostri occhi questi, che leggo Lucilio al posto di Orazio, e Lucrezio al posto di Virgilio.

Questo avviene innanzi tutto per la scarsezza delle mie qualità, e quindi per la povertà, o piuttosto, come dice Lucrezio, per la "mancanza della lingua patria".

FRONTO *ep. ad Marc. Caes.* 4,3,2 p. 56,18ss. v.d.H.² quamobrem rari admodum veterum scriptorum in eum laborem studiumque et periculum verba industriusius quaerendi sese commiserunt, oratorum post homines natos unus omnium M. Porcius eiusque frequens sectator C. Sallustius, poetarum maxime Plautus, multo maxime Q. Ennius eumque studiose aemulatus L. Coelius nec non Naevius, Lucretius, Accius etiam, Caecilius, Laberius quoque.

Id. *Ad Antonin.* 2,1 p. 105,13ss. v.d.H.² Mitte mihi aliquid, quod tibi disertissimum videatur, quod legam, vel tuum aut Catonis aut Ciceronis aut Sallustii aut Gracchi aut poetae alicuius; χρήζω γὰρ ἀναπαύλης, et maxime hoc genus, quae me lectio extollat et diffundat ἐκ τῶν κατελιφθῶν φροντίδων etiam si qua Lucretii aut Enni excerpta habes εὐφρονότατα, ἀδρά et sicubi ἤθους ἐμφάσεις

Id. *de eloquentia* 1,2 p. 133,11ss. in poetis <aut>em quis ignorat, ut gracilis sit Lucilius, Albuus aridus, sublimis Lucretius, mediocris Pacuvius, inaequalis Accius, Ennius multiformis?

Id. *de eloquentia* 4,4 p. 148,10ss. Ennium deinde et Accium et Lucretium ampliore iam mugitu personantis tamen tolerant. at ubi Catonis et Sallustii et Tulli tuba exaudita est, trepidant et pavent et fugam frustra meditantur.

Id. *de feriis Alsiensibus* 3,1 p. 227,8ss. nec dubito quin te ad ferias in secessu maritimo fruendas ita compararis: in sole meridiano ut somno oboedires cubans, deinde Nigrum vocares, libros introferre iuberes; mox ut te studium legendi incensisset, ut te Plauto expolires aut Accio expleres aut Lucretio delenires aut Ennio incenderes.

LACTANTIUS *de opificio dei* 6,1 Non possum hoc loco teneri quominus Epicuri stultitiam rursus coarguam: illius enim sunt omnia quae delirat Lucretius

DIOMEDES *gramm.* 1,482,20ss. K. exegeticon est vel enarrativum in quo poeta ipse loquitur sine ullius personae interloquutione, ut se habent tres Georgici et prima pars quarti, item Lucreti carmina et cetera his similia.

DIOMEDES *gramm.* 1,482,31ss. Exegetici vel enarrativi species sunt tres, angelice, historice, didascalice. ... didascalice est qua comprehenditur philosophia Empedoclis et Lucreti, item astrologia, ut Phaenomena Aratu et Ciceronis, et Georgica Vergilii et his similia.

Serv. *Georg.* 1 praef. p. 129,9ss. Th. hi libri didascalici sunt, unde necesse est, ut ad aliquem scribantur; nam praeceptum et doctoris et discipuli personam requirit: unde ad Maecenatem scribit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium.

SIDONIUS APOLLINARIS c. 9,259ss.

| | |
|---------------------------------------|-----|
| Non Gaetulicus hic tibi legetur, | |
| Non Marsus, Peto, Silius, Tibullus, | 260 |
| Non quod Sulpiciae iocus Thaliae | |
| Scriptis blandiloquum suo Caleno, | |
| Non Persi rigor aut lepos Properti, | |
| Sed nec centimeter Terentianus. | |
| Non Lucilius hic Lucretiusque est, | 265 |
| Non Turnus, Memore, Ennius, Catullus, | |

Per questo motivo pochissimi degli scrittori antichi si sono dedicati a quella fatica, impegno e richio di ricercare con cura le parole; tra gli oratori – da quando gli uomini esistono – il solo Marco Porcio Catone e il suo assiduo seguace Gaio Sallustio; tra i poeti soprattutto Plauto, e molto di più Quinto Ennio, e il suo zelante imitatore Lucio Celio, e anche Nevio, Lucrezio, anche Accio, Cecilio e pure Laberio.

Mandami qualcosa da leggere che ti sembri molto brillante, o di tuo, o di Catone, Cicerone, Sallustio o Gracco di un qualche poeta; ho bisogno di riposo e soprattutto di questo genere, un lettura che mi sollevi e mi rilassi dalle preoccupazioni che si sono impadronite di me; anche se hai qualche estratto di Lucrezio o di Ennio, armonioso, vigoroso e in qualche modo diano espressione ad un carattere.

Tra i poeti chi ignora che Lucilio è disadorno, Albuus arido, Lucrezio sublime, mediocre Pacuvio, disuguale Accio, multiforme Ennio?

E tuttavia poi sopportano Ennio, Accio e Lucrezio che risuonano con un fragore assai più ampio. Ma quando sentono la tromba di Catone, Sallustio e Cicerone, tremano e sono presi dal timore e invano pensano alla fuga.

E sono sicuro che ti sei preparato a godere così delle vacanze in un luogo appartato al mare: per obbedire al sonno standotene straiato nel sole di mezzogiorno; quindi chiamare Negro, e ordinarli di portar dentro i libri; poi per raffinarli con lo stile di Plauto, quando di sarà venuto il desiderio di leggere, o saziarli con quello di Accio o rasserenarli con Lucrezio, o infiammarli con Ennio.

Non posso qui trattenermi dal dimostrare nuovamente la stupidità di Epicuro: da lui derivano infatti tutte le follie di Lucrezio.

Si definisce esegetico o narrativo quel genere in cui parla il poeta stesso, senza l'intervento di un altro personaggio, come sono i primi tre libri delle Georgiche e la prima parte del quarto, e anche i poemi di Lucrezio e tutti gli altri simili.

Tre sono le specie del poema esegetico, o narrativo: ammonitore, storico e didascalico ... Nel didascalico è compresa la filosofia di Empedocle e Lucrezio, e anche l'astrologia, come i fenomeni di Arato e Cicerone e le Georgiche di Virgilio e altre opere simili.

Questi sono i libri didascalici: perciò è necessario che si rivolgano a qualcuno; infatti il precetto richiede il personaggio del maestro e del discepolo: donde Orazio si rivolge a Mecenate, come Esiodo a Perse, Lucrezio a Memmio.

Qui non leggerai Getulico, non Domizio Marso,
Albinovano Pedone, Sillio Italico, Tibullo,
non i versi seducenti che per scherzo scrisse Talia
ispiratrice di Sulpicia al suo Caleno,
non la durezza di Persio o la grazia di Properzio,
ma neanche il polimetrico Terenziano Mauro,
non c'è Lucilio qui e neppure Lucrezio,
Non Turno, Memore, Ennio, Catullo